55800

Actum in Curia Regia Branscensi Feria secunda post Dominicam Conductus Paschæ prox. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo.

Niwino Poplawy — **Donatio.**

Coram officio et actis præsentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparentes Nobiles Joannes Filius Sebestiani Liga Niwinski et Hedwigis Filia olim Alberti Niwinski consors ipsius, ipsa quidem Hedwigis cum eiusdem mariti sui tutoris coniugalis personali assistentia et consensu præsentaneo sani mente et corpore existentes palam publicè ac libere recognoverunt Quia Nob. Matsko Filio Andreæ Niwinski Czernowczyk et eius posteris Bonorum immobilium in hæreditate Niwino Poplawy consisten. ipsius Hedwigis hæreditariorum duodecem sulcos a stagno ad viam per villam tenden. inter mettas Dąbkowic et Mockowic iacen. cum Horto et arboribus et omnibus ac singulis eorundem Bonorum utilibus Fructibus proventibus redditibus attinen. et pertinentiis cunctisque commodis nullis penitus exceptis perpetuis ac æternis temporibus dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit Cui iam ex nunc realem intromissionem cum actuali ac pacifica possesione per Nobilem et Nobiles duos quosvis officiose acceptandam dat et admittit Pacemque tuitionem et evictionem ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum per omnes præscriptiones Terrestres Cau. et sub damnis Terribus simpliciter taxatis et edicendis Et Coram officio præsenti peremptoria mansione sine ulla dillatione motione apellatione diffugio quovis ac exceptione Hac sua personali Recognitione in præmissis mediante salua commansione et deportatione ædificiorum ad decem duos annos.

Niwinski — **Debitum.**

Coram officio et actis præsentibus personaliter comparens Nobilis Matsko Filius Nobilis Andreæ Niwinski sanus mente et corpore existens palam publicè ac libere Recognovit Quia Nobili Joanni Filio Sebestiani Niwinski et eius posteris Tenetur estque debitor certi veri et liquidi debiti mutuatæque pecuniæ summam Viginti Florenorum Polon. Sic et ab actu præsenti pro Festo Solenni Paschæ prox. Futuro parata pecunia solvere reddere et restituere aut circa acta officii præsentis reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ad se non recipere nec modo quovis arrestare aut efficere iubere se de omnibus bonis una cum posteris suis submittit Sub vadio Similiter aliorum viginti Florenorum polon. in defectu solutionis pro tempore præfixo ad solvendum irremissibiliter succumbendo Et Coram officio præsenti peremptoria mansione et satisfactione sine ulla dillatione motione apellatione diffugio quovis ac exceptione.

Mierzwinski — **Debitum**

Coram officio et actis præsentibus personaliter comparens Nobilis Albertus olim Andreæ Niwinski in Mierzwino sanus mente et corpore existens palam publicè ac libere

Reco-